

Tractatus Secundus

sed aliquando deficit ut non fiat, quia illa voluntas non est voluntas simpliciter, nec volitum illa voluntate est volitum simpliciter, sed secundum quod. Sed voluntas simpliciter quens se per se infallibiliter implet quod est voluntas simpliciter, et res volita est volita simpliciter. Quartum est quod voluntas antecedens in deo est voluntas speculativa, et non respicit particulares conditiones et operationes, sed solum naturam in communem. Sed voluntas consequens est practica et respicit particulares conditiones personarum, et supposito quorum sunt actiones, et ideo que vult voluntate speculativa, non vult simpliciter sed secundum quid, quare non semper impletur. Que autem vult voluntate practica, vult simpliciter, quare semper de necessitate impletur.

De voluntate signi et beneplaciti, et primo quomodo de deo dicuntur aliqua proprie aliqua metaphorice. Cap. lxxii.

Modo videndum est de voluntate signi et beneplaciti. Ubi primo videndum est quod aliqua de deo dicuntur dupliciter. Uno modo proprie, et illa vere de deo sunt, sicut sapientia, bonitas, iustitia, substantia, persona, proprie de deo dicuntur, et vere ac realiter in eo sunt. Alio modo dicuntur aliqua de deo metaphorice, et per similitudinem cuiusdam proportionabilitatis in comparatione ad suos effectus quorum est causa. Et hoc modo metaphorice dicitur ignis. Deutero, et ex illa proportionis similitudine, quia sicut ignis se habet ad sui peritiam et consumptionem, ita deus ad consumendam nequitiam. Unde ipsum esse ignem est ipsum esse destruentem nequitiam. Et isto modo etiam punitio sua qua peccatores punitur dicitur ira eius, de qua psalmista dicitur fumus in ira eius, et ignis a facie eius exarsit. Et quia effectus est si-

gnum cause, ideo illi effectus sunt quos attenditur similitudo vel ire vel alius alterius, dicuntur esse signa, unde punitio dicitur signum ire eius, et sic de alijs.

Distinctio voluntatis signi et beneplaciti in deo.

Cap. lxxiii.

Hic supposito potest patere distinctio voluntatis diuine in voluntatem signi et beneplaciti. Quia voluntas beneplaciti dicitur actus eius volendi quo sibi aliquid placet, et ista voluntas proprie de deo dicitur et vere in eo est. Voluntas autem signi dicitur aliquid significum extra deum existens, quod preterit deum velle aliquid vel preterit dicit aliquid in deo secundum quod se habet ad modum volentis, sicut punitio qua deus punit aliquem ostendit ipsum se habere ad modum irati. Sed beneplaciti non dicitur ita proprie irasci, sed dicitur velle illa quorum sunt illa signa. Et sic patet quod talis voluntas metaphorice de deo dicitur, et in deo proprie non est, sed est proprie extra, et nihil aliud est quam ista signa quod ostendunt deum se habere ad modum volentis irasci. Signum enim aliquod nominamus sicut rem signatam, ut imaginem herculis vocamus hercule. Quod autem signum nominem, sicut rem signatam contingit dupliciter. Uno modo ratione similitudinis, ut in exemplo posito de imagine herculis. Alio modo ratione proportionis, quasi arguendo, ut sicut signum et signatum se habent in uno, ita etiam se habent et in alio. Et sic est in proposito de quo loquimur. Ex eo enim quod in nobis ex aliquo signo arguitur esse voluntas, proportionabiliter arguitur ex aliquo signo esse in deo voluntatem signi. Et illam vocamus voluntatem signi. In nobis autem quoniam aliquis precipit vel consulit aliquid fieri, ut detur precipiens et consulens il-

De secūda specie qualitatis

ad velle simpliciter fieri. Iterum quādo prohibet videtur illud nolle fieri. Quādo autē aliquid facit. videt illud fieri velle. Qui etiam pmitit aliquid fieri. cum illud possit impedire. videtur illud velle fieri. Quia igitur ita est in nobis. ex hac similitudine finē quandam pportionē. sic dicimus esse in deo. et ponimus in eo esse voluntatē signi p̄inentē ad p̄ceptū. et consiliū quantum ad duo p̄ma. phibitōnem quantum ad terciū. operatōem quantum ad quartū. permissiōem quantum ad quintū. Et hoc rum quodlibet voluntas signi in deo vocatur. Et est quintuplex

¶ Quot sunt signa. et quot modis d̄r voluntas signi. q̄ q̄n modis. **Cap. CXLIII.**

Quercio ponenda est sufficiētia istoz signoz siue voluntatum signi. Que tripl̄t potest sumi. Primo ex parte volitoruz sic. quia illud signū. aut est respectu boni aut mali. Si respectu mali. aut negatiue. et sic est phibitio. aut affirmatiue. et sic est pmissio. Si respectu boni. aut p̄sentis. et sic est operatio. aut futuri. et sic est p̄ceptum et consiliū. S̄ p̄ceptum respectu boni necessarij ad salutem. Consiliū respectu boni superogationis. qd̄ non facit ad necessitatē. sed ad p̄gruitatem et veritatē. Secundo sumit ex parte voluntatis. et sic quia est signū d̄ntis voluntatis. aut sc̄at illud qd̄ deo vult facere p̄ seipm. aut per alium. Si per seipm aut directe. tanq̄ ipse agens. et sic est operatio. aut indirecte et interpretatiue. et sic est pmissio. Et d̄r permissio signum voluntatis inquāntū ille qui permittit aliquid fieri cum possit impedire videtur interpretatiue illud velle. Si vero sit signum eius qd̄ vult facere p̄ alium

hoc est vel respectu boni faciend̄. et hoc est vel necessarij ad salutem. et sic est p̄ceptum. vel superogationis. et sic est consiliū. Vel est respectu mali vitandi. et sic est phibitio. Tercio sumitur ex parte diuine voluntatis. et sic vt prius dictum est. duplex est voluntas in deo. antecedens et consequens. Quedā ergo sunt signa voluntatis antecedentis. et quedam consequentis. Signa ergo voluntatis antecedentis. vel sunt respectu boni faciend̄. et hoc est vel respectu boni necessarij ad salutem. et sic est p̄ceptum. vel boni vtilis et superogationis. et sic est consiliū. Vel sunt respectu mali nō faciend̄. et sic est phibitio. Signū autē voluntatis consequens aut ē respectu boni qd̄ sit. et sic ē operatio. Vel respectu mali. et sic ē pmissio.

¶ Differentia inter bonum et malū. q̄ aliquo bonū est qd̄ licite p̄t dimitti vt nō fiat. s̄ nullū malū licite p̄t committi vt fiat.

Cap. CXLIII.

Nunc quarto videndū est. cū ex parte signoz respectu boni ponant̄ duo signa. sc̄z p̄ceptum et consiliū. quare respectu mali similiter nō sunt duo signa. cum nō possint nisi vnum. sc̄z phibitōnem. Et dicendū est q̄ hec est causa. quia in bonis est hec differentia. Quia quidam sunt que licite nō possunt dimitti. sicut p̄cepta. que obligant ad suū implerōnem. Alia sunt que licite p̄t dimitti. cum non obligent. quia non sunt necessaria. licet sint vtilia adim̄s plēni. et talia sunt bona que cadunt solum sub consilio. Et ideo aliter debuerūt hoies iduci ad bona q̄ licite dimitti nō p̄t. q̄ p̄ p̄pulsionē et p̄ceptū. Et alit̄ ad ista bona q̄ p̄t licite dimitti. q̄ p̄ p̄suasione et p̄siliū. Et hec ē cā q̄ rest̄ duo signa ex p̄te boni.

Tractatus Secundus

Nullū autē malū est qđ licite possit fieri. Et ideo omne malū cadit sub p̄hibitōe. licet aliqua mala sint magis p̄hibita q̄ alia z sub maiori pena. Et ideo ex parte mali signum ponit vn̄ cum. scz p̄hibitio. Ex quo p̄z q̄ voluntas b̄n̄placiti in deo est sp̄ vnica z simplex. scz voluntas signi est quintu plex. scz ista q̄ncz signa p̄dicta in hoc versu p̄tinent. Precipit z phibet p̄mittit cōsultat implet. Huius sententia paret ex dictis.

¶ Quod voluntas tā in deo q̄ in alijs sc̄at aliquā potētā. ali. quando obiectū. aliquā actum.

¶ Caplm. CXLV

Quāto sciendū q̄ noīe volūtatis multiplex v̄rimur tā in diuinis q̄ in humanis. Ali. quādo enī in diuinis sc̄at ip̄am potētiam volūtatiā. qua vult deus quicquid vult. que in deo nō differt realiter ab essentia. z sic accipitur voluntas. cū dicunt doctores. q̄ in deo est voluntas z intentio. z q̄ est agens p̄ intellectum z voluntatē. Aliqñ autē sc̄at actū volūtatis z nō potētiam. z sic accipit in ps̄. In voluntate tua deduxisti me. i. sicut voluisti. Aliquando sc̄at rē volūtatiā. z sic accipit in ps̄. In capite libri scriptū ē de me vt facerem voluntatē tuā deus. i. rem a te volūtatiā. Quod autē dictū est de voluntate in diuinis. etiā dicendū est in humanis. qz noīe voluntatis aliqñ nominamus potētā. vt cū dicimus q̄ intellectus z voluntas sunt due potentie aīe realiter distincte. Aliquādo nominamus actū volūtatis. vt cū dicitur Rex h̄z bonā voluntatē ad regnū id est diligit regnū. diligere autē acc̄ voluntatis ē. Aliqñ etiā noīamus rē volūtatiā noīe volūtatis. vt cū dicitur Voluntas regis ē vt latro suspēdat. ibi enī nō accipit p̄ potētā volūtatis nec est

p̄ actū volūtatis eius. qz suspēso latronis nō ē potētā volūtatis regis nec acc̄ elicitus a potētā. sed sumit p̄ re volūtatiā. qz suspēso latronis est res volūtatiā a rege. Sic ergo paret q̄ voluntas multipliciter dicitur. tam in diuinis q̄ in humanis. qz aliquādo sumit p̄ potētā. aliquādo p̄ actū. aliquādo p̄ obiecto. In diuinis autē realiter est vna voluntas. sed fm̄ diuersas consideratiōes ex parte obiectorum sumitur ibi diuersas volūtatiā. Quod optime ostendit ps̄. dicens Magna opera domini. exquisita in omnes voluntates eius. Voluntates domini possens oēs diuersas esse respectu operum. In homine autē p̄prie vtendo nomine volūtatis. est etiam vnica. scz intellectus cū. Aliquādo autē large p̄ extensiuam omni nominis appetitū sensitiuū vocamus volūtatiā. Et fm̄ hoc larga acceptōne in homine esset duplex volūtatis. sicut realiter est duplex appetitū realiter distinctus. scz sensitiuus z intellectiuus. De istis autē voluntatibus in deo agitur p̄mo sententiā. dist. xxxvi. z di. xxxvii.

¶ De noībus rerū p̄tinentiū ad tertiā sp̄z qualitatē et p̄mo quibus cōuenit et de quibus dicitur passio et passibilis qualitas.

¶ Caplm. CXLVI

Quāto dicendum est de tertiā specie qualitatē. Circa quā consideranda sunt duo in genere. Primum est de passione z passibilitate fm̄ naturā z generalia vtriusque. Secundum est de passionibus autē me in speciali.

¶ Quid importet noīe naturalis potentie. z quō se h̄nt ad inuicem.

¶ Clantū ad primum videnda s̄z quibus p̄ueniat hec tertiā species qualitatē. Nominat autē passio z passibilis

De tertia specie qualitatis

bilis qualitatis. ut patet in libro predicamentorum. **C**onuenit autem hoc nomen tamen illis qualitatibus quae passionem sunt inferrentes. sicut calor et frigus inferunt quandam passionem sensui tactus. et dulcedo et amaritudo sensui gustus. siue sint illare et inare ab aliis quibus alijs. sicut albedo et nigredo. quae inascuntur a propria complexionem et principijs subiecti.

Quo differunt hec duo passio et passibilis qualitas.

Capitulum. CXXVII
Secundo videndum est quomodo differunt passio et passibilis qualitas. **E**t sciendum quod quoniam huiusmodi accidentia causantur a causa et principio cito transeunt et faciliter mobiliter dicuntur passiones. siue sint a causa intrinseca siue extrinseca. ut iste qui efficitur rubicundus a verecundia vel a calore. et iste qui efficitur pallidus ab aliqua egritudine leui vel a timore. **Q**uando autem causantur a principio permanente et diuturno vel firmato et non facilius mobili dicuntur passibiles qualitates. ut qui factus est pallidus vel rubicundus a principio naturali. sicut a complexionem. vel ab aliqua alia causa extrinseca permanente. ut pallidus factus a longa egritudine. **E**t idem est de passionibus vel qualitatibus anime. **S**i enim aliquis ex causa firma irascatur. sicut si ex propria complexionem hoc habeat. talis ira passibilis qualitas dicitur et vocatur iracundus. **I**dem etiam a causa extrinseca. ut si ex longa infirmitate hoc accidit. **S**i autem ex leui causa irascatur. talis ira dicitur passio. et ipse iratus dicitur et non iracundus.

Quor sunt modi passionum et passibilitum qualitarum.

Tercio videndum est quomodo sunt modi passionum et passibilitum qualitarum. **E**t dicendum quod duo. quod quidem sunt passiones et passibiles qualitates corporis et corporales. sicut patet in exemplis po-

sitis ut albedo et huiusmodi. **Q**ueda autem sunt anime non absolute et secundum omnem potentiam. sed solum secundum appetitum sensitivum proprie. ut ira et huiusmodi.

Quot modis dicitur passio et quomodo sit passio naturalis et animalis. et quomodo dicitur ynaqueque dicatur.

Capitulum. CXXVIII
Quarto videndum est quot modis dicitur passio vel passio. **U**bi sciendum quod passionum alia naturalis alia animalis. **P**assio autem naturalis seu corporalis dicitur tripliciter. **U**no modo. quocumque alteratio per quam aliquid in subiecto recipit quaecumque sit illud et hec est acceptio valde larga. et sic dicitur luna pati cum recipit a sole lumem. **S**ecundo modo dicitur passio alteratio per quam a subiecto aliquid abijcit. et aliter quid recipitur quaecumque sit illud. et hec est magis stricta et propria acceptio quam prima. **E**t hoc modo dicitur pati qui sic alteratur quod egritudo abijcit et sanitas introducit. **T**ercio modo dicitur passio alteratio per quam abijcit forma conueniens. et introducit forma inconueniens. et hec est propriissima acceptio passionis. **E**t sic non dicitur pati a quo abijcit egritudo et introducit sanitas. sed solum iste a quo abijcitur sanitas et introducit egritudo. quia sanitas est forma conueniens. et egritudo disconueniens. **A**lia est passio animalis et hec nihil aliud est quam motus anime secundum appetitum conurgens ex apprehensione corporalis et naturalis passionis. **E**t sic dicitur inter passiones corporales et naturales illa alteratio magis proprie dicitur passio secundum quam forma disconueniens introducit. et conueniens abijcitur. **I**ta quomodo tribus modis possit dici passio ex parte animalis passionis. sicut ex parte naturalis et corporalis. tamen inter passiones anime illa dicitur magis proprie passio que est motus appeti-

R

Tractatus

Secundus

tus sensitui consequens apprehensio
ne naturalis passionis disconuenien
tis. q̄ sequens apprehensione natura
lis passionis conuenientis. Et ideo ma
gis proprie dicitur pati qui tristat vel
doler. q̄ qui delectat vel gaudet. Et
istō modo ponuntur passionēs in app
ritu sensitui. Et larga autē acceptio e
passionis. tā passioni naturali q̄ ani
mali. s̄m q̄ sola acceptio alicuius dicit
tur passio. translātū est nomen passio
nis ad potentias alias anime appre
hensiuas. unde sic videre quōsdam
pati ē et intelligere et uelle. ut patz. iij.
de anima. Et hoc etiam p̄ceptus ani
me passionēs dicuntur. ut patet p̄
mo peribet. q̄ uoces sunt signa passio
nū que sunt in anima. Et etiam p̄pri
etates substantiales p̄p̄e passionēs
dicuntur. ut esse risibile est passio ho
minis. Et hec nō proprie pertinet ad
tertiam speciem qualitatis. Quantū
autē ad passionēs seu naturales seu
corporales et animales sciēdū. q̄ pas
sio vno modo dicit effectum illatio
nemq̄ actōnis. et sic est speciale predi
camentū. quod dicitur predicamentū
passionis. Alio modo idem est q̄ que
dam dispositio. Cūfata ab aliquo acci
dente vel ab aliqua causa facilius trā
seunte et facilius mobili. et sic est qua
litas imperfecta et sic p̄inet ad hāc ter
tiā speciem qualitatis.

**¶ Quomōdō qualitates elemē
tares sunt diuersimode in di
uersis speciebus qualitatis**

Capitulum. CCLIX

Quartū autē ad qualitates ele
mētares actiuas et passiuas
quō pertineat ad hāc specie
Sciendum est s̄m cōmuniorem opi
nionem. q̄ iste qualitates possunt p̄si
derari tripliciter. Uno modo s̄m q̄
ordinantur ad actionem vel ad se in
uicem vel ad potentias sensitiuas in

mutandas et hoc absolute. et sic dicitur
tur esse ab aliquibus in tertia specie q̄li
tatis. Secundo prout ordinatur ad
agendū et pacien dū non absolute. sed
bñ vel male. Et sic sunt in p̄ma specie
Tercio prout causant a p̄ncipijs sub
stantialibus elementorū. Et sic sunt
in sc̄da specie qualitatis. Hec hoc est
inconueniens vñ et eandem rem dis
uersimode p̄sideratam ad diuersa ge
nera et ad diuersas species eiusdē ge
neris pertinere. sicut subsequēter pas
tebit. Qualitas autē elementares sunt
caliditas. humiditas. siccitas et frī
giditas.

**¶ De passionibus anime et
p̄mo unde sumit distinctō eaz
et quid tale agens facit passio.**

Capitulum. CCL

Quia vero sepius apud
theologos et p̄hos de passio
nibus anime que animales dicunt
et sunt in appetitu sensitui. sermo nō
modici grauis occurrit. Idcirco hic
numex distinctōne et sufficiētia ipaz
pono. Deinde quedam noia q̄ acci
dentale in eis faciūt differentia secun
do ponēda et inferenda iudicauit. P̄
mo autē oimpono rationem siue fun
damentū unde p̄t eaz sumi distinctō
ubi intelligendū q̄ passionēs de q̄
bus hic loquimur differēt s̄m ea q̄ sunt
obiecta et causatiua talū passionū ipi
us anime. Horū autē obiectoz q̄ causant
tales passionēs. d̄na dupl̄ sumi pōt
Uno mō s̄m naturā et substantiā ipso
rū actiuoz. sicut ignis differt substan
tialit̄ ab aqua. quoz q̄d̄it̄ est actiuū
Alio mō s̄m diuersam p̄tutē actiuā
sicut alia p̄tute agit ignis. alia aqua.
Diuersitas autē actiuū vel motiui q̄tū
ad p̄tutē mouendi accipi pōt in passi
onibus anime s̄m similitudinē actiuū natura
lium. Omne autē agens vel mouēs ali
q̄d hōz duoz facit. q̄ trahit quodā

De tertia specie qualitatis

mo ad se passum vel repellit a se. Si trahit ad se facit tria. Nam agens primo dat inclinationem vel aptitudinem passio ut tendat in ipsum. sicut corpus leue quod est sursum dat leuitatem alicui corpori generato inferius in quod agit. per quam habet inclinationem et aptitudinem ut tendat sursum. Secundo dat ei non solum aptitudinem et inclinationem. immo etiam actum. ut si corpus est extra locum inferius. dat ei motum sursum. ut moueatur sursum vel superius. Tertio dat ei quietescere et stare in loco cuius puenit. ex eadem enim causa mouet ad locum aliquid et quietescit. huius moueat propter rem non habitam. Quod autem dictum est de agere naturali dum passum ad se trahit intelligendum est eodem modo per omnia dum passum a se repellit. His suppositis et his patebit distinctio passionum utriusque concupiscibilis primo deinde irascibilis secundo. et tertio deludetur distinctio passionum utriusque appetitus enim sensitivus in quibus sunt passionibus de quibus est sermo. distinguitur in concupiscibilem et irascibilem ut prius dictum est. cum potentiarum anime distinctio poneretur. Quarto ostendetur quomodo diuersificatur nomina passionum secundum differentias accidentales. Quinto dicitur in speciali de quatuor nominibus istarum passionum que singularem habent difficultatem. Sexto ponetur triplex conclusio. quarum quilibet utilis est ad hanc materiam in quibus sequitur aliquo modo ad dicta de istis passionibus.

¶ Distinctio passionum que sunt in concupiscibili.

Capitulum. CXLII

Quartum igitur ad passiones concupiscibilis. Sciendum est quod bonum et malum apprehenduntur ab estimatiua naturali. quam apprehensionem sequitur appetitus qui mouet ab eis

apprehensis. Bonum autem apprehensum habet virtutem quasi attractiuam maius autem repulsiuam. Bonum ergo apprehensum mouens concupiscibile. causat in ea quamdam inclinationem et aptitudinem seu generalitatem ad bonum. Et ab ista causatione accipitur una passio appetitus quod est ad concupiscibilem que dicitur amor. cuius contrarium malum apprehensum per repulsionem causat passionem aliam oppositam in eadem concupiscibili. quam dicimus odium. Quod autem bonum apprehensum non semper est presentis vel habitum. idcirco si nondum sit habitum sed est absens vel futurum. dat eadem concupiscibili quam mouet non solum aptitudinem sed motum ad assequendum bonum amatum. et ab hoc sumitur in concupiscibili una passio que vocatur desiderium. Et quo per differentiam beati Augustini. inter amorem et desiderium. quod amor est rei habite. desiderium rei habende. Et opposito autem ex parte mali apprehensi eodem modo sequitur alia passio. que dicitur fuga. Tertio cum ipsum bonum apprehensum per motum fuerit acquisitum dat ipsum bonum ipsi appetitui quietationem quandam in ipso bono adeptum. et ab hoc ipsa passio accipitur in concupiscibili que vocatur gaudium. Cuius ex opposito ex parte mali apprehensi respondet tristitia que opposita gaudium. Et hee passiones sumuntur et inueniuntur in concupiscibili.

¶ Distinctio passionum anime que sunt in irascibili. Capitulum. CXLIII

Quantum ad secundum sciendum quod in passionibus irascibilis primo supponitur quodammodo aptitudo vel inclinatio ad assequendum bonum vel fugiendum malum ex concupiscibili. que absolute respicit bonum vel malum. sed irascibilis respicit bonum vel malum arduum et difficile alioquin non pertineret ad irascibilem. Si ergo bonum apprehensum arduum mouet irascibilem que non

Tractatus

Secundus

potest esse nisi nondum adeptum. qz si tale bonū iam esset adeptum. nō haberet rationem ardui & difficultis. & sic nō pertineret ad irascibilem. q̄ optet qz bonū apprehensum mouens irascibilem sit arduum non adeptum. Si ergo bonū tale moueat vt possibile estimant haberi. causat passionē que dicitur spes. Si autē moueat vt impossibile estimat haberi. causat passionem que dicitur desperatio. Et oppositō autē in malo appreheso qd est arduum qm̄ nō imminet de presenti sicut sunt pericula futura grādia. mouetur irascibilis & causatur quedā passio. si non estimat euasibile q̄ dicitur timor. Si autē estimatur supabile seu euasibile causatur passio que dicitur audacia. Respectu autē boni adepti in irascibili nō ē aliqua passio. qz ex quo est adeptum perdit rationem ardui. & sic nō pertinet ad irascibile vt dictum est. Si malū iam actu existēs potest habere rationē ardui ad sustinendū & repellendū. Et ideo causat in irascibili passionem que dicitur ira. Ire autē q̄ est ex malo in actu adiacente nō respōdet aliqua opposita passio ex bono ppter predicta. qz scz bonum apprehensum unminis nō habet rationē difficultis qz adeptum. Et ideo solum causat passionē in concupiscibili & nō in irascibili.

¶ Numerus oim passionū aic. & sunt. xi. Caplm. CCLIII
Utercio cōcludo numerū passionū p̄tis sensitivae qz ex predictis p̄tis qz in concupiscibili sunt tres cōiugationes passionū oppositarū respectu boni & mali. scilicet amor & odium. desiderium & fuga. gaudium & tristitia. Et sic sunt sex in concupiscibili. In irascibili autē sunt due cōiugationes. scz spes & desperatio quoz vtrūqz est respectu boni futuri. Timor & audacia quoz vtrūqz respe-

ctu mali futuri est. **¶ Unica autē passio est sine coniugatione respectu mali p̄sentis. & dicitur ira. Et sic sunt soli quinque in irascibili. Et per consequens omnes in vniuerso sunt vnde cum. Et sic passionēs & virtutes morales sibi in vnde cum numero correspondēt. Est autē notandum qz sicut diuisio virtutū superius posita. nō est diuisio in species specialissimas. s; in spēs subalternas. Sic diuisio istarū passionū nō ē in spēs specialissimas. sed in spēs subalternas. cōtinet enim aliquas sub se vt magis infra patebit.**

¶ Quō diuersificatur notia passionū fin dñas accitales ex qbus diuersa notia passionibus zueniūt. Caplm. CCLIII

Quarto dicendū est quō diuersificatur fin differentias accidentales; et quibus accidentibus diuersa notia eis cōueniūt. Accidentia autē passionū dupliciter p̄nt accipi. **¶ Vel q̄ eis accidūt in se. vt qz sit passio intēsa vel remissa. Vel q̄ eis accidūt ex obiecto. q. s. accidunt bono & malo apparenti. qz obiectū passionū p se est bonū vel malum appares. Si ergo accipiam⁹ dñam accidentale q̄ respicit ipam passionem in se sicut ē esse intēsum. sic accipit diuersitas noim in istis passionibus q̄tū ad passionēs concupiscibiles. q̄a respectu desiderij ponit concupiscētia que nihil aliud est qz desiderium multū intēsum. Respectu autē timoris ponit zelus. q̄ nihil aliud est qz amor adeo intēsus vt nō patiat⁹ sortium in amato. Respectu autē odij ponitur abominatio. q̄ nihil aliud ē qz odium intēsum. Respectu autē gaudij ponunt tria. qz qm̄ est gaudium adeo intēsum vt in signo exteriori quocūqz generaliter primum pat. dicitur exultatio. quasi extra saltatō. Hilaritas autē dicitur q̄tū ad signa q̄**

De tertia specie qualitatis

ex intencio gaudio apparet in facie. **F**o-
cunditas aut quantu ad signa q ostē-
dunt in alijs membris z alijs actibz. **E**t
hec tria sunt respectu effectus extrin-
seci. Aliud aut pr accipi respectu effe-
ctus intrinseci. q sequit ex intentione
gaudij. z est cordis dilataratio. z respe-
ctu huius effectus ponit nomē leticie.
Un leticia q̄si leticia dicitur. i. dilataratio.
Respectu aut tristicie q̄ est multu in-
tensa. intantū vt imobiliter ad organ-
dū. z actōem q̄ retardet ponit acci-
dia. **U**n Damas. dicit q̄ accidia est tri-
sticia aggrauans z imobilitas intū
vt voce auferat. qz phibet loquutio-
nem. **R**espectu aut passionis que est
fuga nō sic habemus nomē impositū
q̄d accidentale dicitur faciat nisi forte
poneremus abominatōem respectu
fuge intense. sicut respectu odij inten-
si. **Q**uantū aut ad passiones irascibi-
lis respectu spei ponit p̄sumptio. q̄
nihil aliud est q̄ spes multū intensa.
Audacia aut dicitur intencio z excessum
p̄fidentie in aggrediendo terribilia.
Furoz aut dicitur intencio ire. **U**n fur-
roz nihil aliud est q̄ ira multū inten-
sa. **R**espectu aut timoris z desparatō-
nis nō habemus noia importātia ac-
cidentalē dicitur ex pre intenciois ac-
Respectu aut passionis quantū ad
remissionē actus non habemus noia
accidentales differēcias ipoztantia. **S**z
si accipiamus accidentalem dicitur ex p̄-
te obiecti. cū obiectū sit passionū. vt
dicitur est. bonū z malū apparens. ea q̄
ista accidentalē respiciūt. faciūt etiaz
accidentalē dicitur in passionibz respe-
ctu obiecti. vt p̄z manifeste in duabz
scz in tristicia z in timore. **Q**uantuz
ad tristiciā q̄dē ipa est mala. qz tristi-
malū apparet. **Q**d autē est malū appa-
rens tristi accidit q̄d p̄t ee alteri ma-
lum vel bonū. **S**i ergo tristicia sit de
malo q̄d nō solū apparet malū ipi tri-
sti. s; etiā est malū alteri. sicut pauper

tas apparet malū alicui diuiti z ē ma-
lum alteri. s. paupi. **S**ic respectu tris-
ticie talis ponit hoc nomē miseria.
q̄ est circa malū apparens alicui z al-
teri inexistentens. ex quo apprehēdent
apparet esse malū. **S**i aut sit bonū al-
teri. z p̄ hoc apprehēdit vt malū. p̄
p̄z. sic est inuidia. q̄ est tristicia de
p̄speritate bonoz alterius. vt neme-
sis q̄ est tristicia de p̄speritate malo-
rum. vt p̄z. ij. ethicoz. **Q**uantū autē
ad timorem est distinctio. qz de malo
difficili q̄d supat facultatē timentis
accidit aliqd dupl. **U**no mō ex pre
ipius mali q̄d timet. **A**lio mō ex pre
ipius timentis malū. **E**x pre aut ipi-
us mali accidit turpitudine. z hoc vel
in se. z sic ponit iracūdia. q̄ est de tur-
pi actu. vel in opinione. z sic est eru-
tescentia. q̄ est timor de p̄iicio s̄m **D**a-
mas. **U**el verecūdia p̄inet ad turpi-
tudine culpe. erutescentia aut ad tur-
pitudine pene. **E**x pre aut timet s̄m
munt dicitur accidentales timoris h̄ mō
qz terribile excedit facultatē timentis
vel in agēdo vel in agnoscendo. **S**i
in agēdo. sic ē segnicies vel ignauia. q̄
est timor future opatōnis s̄m **D**a-
mas. **U**el in cognoscendo. z hoc ē tris-
pliciter. s. vel p̄pter cognoscibilis alti-
tudine. z sic est admiratio q̄ ē timor
ex magna imaginatōe. **U**el p̄pter ei-
incōsuetudinē. z sic ē stupor qui ē timor
ex inasuetā imaginatōe. **U**el
p̄pter incertitudinē. z sic ē agonia q̄ ē
timor infortunij. z hoc idē dicitur trepida-
tio z dubitatio. **E**t sic p̄z dicitur istoz
nominū accidentalē se habētū ad no-
mina passionum.

**De nominibus ipsaz po-
tentiaz.** **Capitulum. CCLV.**

Quantū ad quintū videlicet
de noibz aliquaz istaz passi-
onū. qz talia h̄nt difficultatē
specialē in suo feato. aut rōne sui. aut
K iij

Tractatus Secundus

Ideo de illis breuiter aliqd dicendū est. qz per hoc alique difficultates in alijs facilliter patefiet. Sunt autē q̄tuor. due ex pte ꝑcupiscibilis. scz gaudium z tristitia. Et pre irascibil' alie due. scz timor z ira. Prmo ergo dicendum est de p̄mentibz ad ꝑcupiscibilem. z p̄mo de tristitia. qz vero tristitia ambiguitatē facit. z rōne sui z ratione vicinitatis ad alia. quia tristitia q̄dam dolor esse videt. p̄mo videndum est quid de se importat tristitia. Secūdo quid importat dolor. Tercio quō se habent ad inuicem.

¶ **Quid sit tristitia z qd importetur nomine tristicie.**

Caplm. CCLVI
Quantū ad p̄mum videlicet quid importat tristitia. Dicendū qz tristitia ꝑprie importat motū appetitus sensitīui causatū ex apprehensione alicuius nociui s̄m sensum. Et qz ea q̄ dicunt de appetitu sensitīuo q̄ntum ad aliqd dicunt z transferuntur ad appetitū intellectīuū. inde est qz etiam aliqñ de actum appetitus intellectīui sequentem apprehensione intellectīuā que ꝑprie d̄r displicentia. Prmo mō est p̄sio. nō autē secundo mō. Et huic tristicie s̄m sensu z opponit gaudiū s̄m sensum. z tristicie s̄m intellectū opponit gaudiū s̄m intellectū.

¶ **Quid importetur nomine doloris. qd fecat. q̄bz qualiter cōueniat.**

Caplm. CCLVII
Quantū ad secundū de dolore sciendū qz dolor quantus ad sensum ꝑprie importat p̄ceptionem lesionis. que est s̄m sensum tactus. cui opponitur delectatio s̄m eūdem sensum. Unde sicut delectatio sensibilis causatur ex diuisione ꝑuenientis s̄m sensum. ita dolor sensibilis ei oppositus causatur ex conjunctione eius quod nō est ꝑueniens

tactus est distinctiuus eoz ex quibz consistit temperamentū corporis. Unde illud quod est ꝑueniens s̄m tactū est cōueniens ipi temperamento corporis. Et ꝑpter hoc cōplera delectatio est in sola p̄ceptōne tactus. Et s̄m militer illud quod est inconueniens tactui est ꝑtrarium temperamēto corporis. Et ideo d̄r. iij. de anima. qz corruptentia ad alia. quia corruptentia auditiū. nisi simul ꝑtingat ex accidenti z tactum corruptum. Et ideo in solo tactu ē dolor. z accidit siue causatur ex lesione temperamentū ipsius corporis. Quoniā autē ea q̄ sunt sensus exterioris extendunt z deinde transferunt. vt dicatur de his q̄ p̄inent ad sensus interiores visionē quippe extendimus ad actus imaginariū. Et etiam que sunt sensitiue partis extendimus ad partē intellectīuā. Idcirco doloris nomē ad actus appetitū sensitīui transferim. et qd ꝑprie est tristitia dolorē nomis namus. z similt ad actū appetitū intellectīui. Et qd ꝑprie est displicentia dolorē large appellamus. Et qd discretū est de dolore. p̄ oia intelligēdum est de delectatōne sibi opposita. quia in sensu vocat sensibilis delectatio. in appetitu sensitīuo vocat gaudiū. in intellectu appetitu vocat delectatio intellectuā. vel ab aliqbz fructio

¶ **Quō se hnt ad inuicē dolor et tristitia.** **Caplm. CCLVIII.**

Tercio vidēdū est. quō differunt realiter. z quō se hnt ad inuicē s̄m ꝑprias acceptōes tristitia z dolor. Ad qd d̄ dicendū qz in dolore z tristitia duo inueniuntur. Primum est ꝑtrarietas ꝑristantē et dolorem inferentis ad ipm contristatum z ad ipm dolerem. Secūm ē p̄ceptio illius ꝑtrarietatis. Et s̄m rationē vicinitatis ad alia vocabula

De tertia specie qualitatis

runt. **P**rimo quod ad proprietates quod hec in dolore attendit quod ad naturam dolentis que plebsuum corripitur. sed in tristitia attendit quod ad repugnantiam appetitus ad aliquid quod quis odit. **S**ecundo quod ad perceptionem. quia perceptio doloris per se per sensum tactus. in tristitia autem est perceptio per sensum interiorum. **T**ercio quantum ad ordinem. quia dolor incipit a lesione et terminatur ad perceptionem sensus tactus. ibi enim completur ratio doloris. **S**ed in tristitia incipit ab apprehensione estimatiue naturalis. et terminatur in affectione vel appetitu. **E**t quo patet quod proprie loquendo dolor est passio corporalis sed tristitia est passio animalis. **S**ed per extensionem nominum tristitia dolor dicitur. et tam tristitia quod dolor que respiciunt sensum extenduntur ad displicentiam que est in appetitu intellectiuo.

Quod se habent ad inuicem delectatio et gaudium. et quod differunt.

Capitulum. CLIX

Que autem dicta sunt de dolore et tristitia eodem modo respectu multiplicis acceptationis. per omnia dici possunt de delectatione et gaudio. **U**nde et delectatio respicit proprie sensum tactus. gaudium appetitum. **S**ed delectatio extenditur ad appetitum sensitiuum. et verumque ad appetitum intellectiuum. **E**odem etiam modo quantum ad proprias rationes differunt ab inuicem sicut dolor et tristitia. **D**olor autem opponitur delectationi in illo modo in quo accipitur dolor. et similiter tristitia opponitur gaudio in illo modo in quo accipitur tristitia.

Quot modis dicitur ira. et quibus modis deo et hominibus.

et beatis conueniat.

Capitulum. CLX

Secundo dicendum est de passionibus primariis ad irascibilem. **E**t primo de ira que habet difficultatem respectu multiplicis acceptationis. **D**icitur enim ira tripliciter. **Q**uandoque enim ira ponitur pro habitu vel actu cuiusdam vicii quod opponitur mansuetudini per se superfluitatem ire. et vocatur irascibilitas. ut dicitur in iij. ethicorum. **E**t sic non est ira in deo nec fuit in christo nec est in sanctis et virtuosis. **S**ecundo modo ira dicitur voluntas vindicandi vel puniendi aliquid male factum. **E**t sic non est passio proprie loquendo nec est in irascibili sed est in voluntate superiorum. et sic ira est in deo et fuit in christo et est in sanctis et iustis. et sic accipitur in philosophis. **I**racundini et nolite peccare. **T**ercio modo dicitur ira passio virtutis irascibilis et contingit ex hoc quod appetitus sensitiuus tendit ad destructionem alicuius quod apprehendit contrarium rei volere et desiderare. **E**t si quidem sic per ordinem rationis insurgens vel fit a ratione ordinata. dicitur ira per zelum et talis non est in deo. sed fuit per humanitatem in christo. **E**t actus eius legitur Joannis. ij. quando fecit flagellum de funiculis. et eiecit vendentes et ementes de templo. quia de eo scriptum erat. zelus domus tue comedit me. **T**alis etiam ira est in sanctis et fuit in finees quando stetit et quassatio cessauit. **D**e quo dicitur quod finees zelando zelum legis accepit testamentum sacerdotum eterni. primi machabeorum. ij. **S**i autem non sit per rationem ordinata. erit ira per viciu. et talis est in malis et non in iustis nec fuit in christo. et est in beatis. sed ibi caret ratione vicii et virtutis. **H**ec duo dolor et tristitia tripliciter differunt.

R. III.